cieder contra sier Hironimo di Mezo qu. sier Francesco, qual amazò suo padre; et fo expedito et sagramentà el Consejo, perchè doman si publicherà a Gran Consejo. Questo sier Hironimo di Mezo era oficial a la Mesetaria, et Domenega pasata fu fato. in suo loco senza dir altro, ma *solum* in loco di uno che manca. El qual è partido di qui; si dize è andato a la volta di Codignola dove stete incognito un tempo.

Ancora in questa matina vidi cossa notanda. Sopra la Piaza di San Marco, in l'hostaria dil Capello, ch'era un monstro, cossa molto horenda, qual è uno garzon di anni 14 nato in le parte di Picardia, chiamato Jacomo, dil 1500, et ben proportionato, lui un poco picolo, qual ha nel stomaco un altra criatura li vien fuora, che non ha se non il busto e membro viril per dove el pissa, et piedi, quali li tien retrati, et di le braze dimostra fuora come do dedi un poco longi; altro non ha, nè ha il buso da drio; et questa cossa si passe di liquor che 'l zovene manza et poi pisa fuora; et parmi molto di novo quando lo vidi. Et lo tocai et parlai col garzon, qual sa italiano, et si pagava uno soldo chi voleva vederlo, et teniva una bandiera in tella fuora con questo monstro dipento suso, l'arma dil Papa e dil Doxe non posta postiza, et letere vulgar et latine, qual dicevano cussì: *Ex matrimonio natus est in partibus Normandiæ, in civitate quæ dicitur Drus, 1500.*

Tutto ozi andò persone a vederlo, *adeo* vadagnoe ducati assa'. Sono tre che lo menano cussì atorno, spagnoli; uno lo monstra et do asunano li marcheti, et poi triumphano insieme et vanno di terra in terra, et eri capitoe qui, qual vien di . . . ; e la sera per li Capi di X li fo fato comandamento subito andasse via, e cussì andò.

102 *Die quinto Mai 1515, in Consilio de Quadraginta criminale.*

Pars capta in Consilio de Quadraginta criminale pro placitare dominorum advocatorum communis, videlicet Francisci Aurio, Nicolai Delphino et Federici Raynerio, contra virum nobilem ser Hironimum de Medio absentem, scilicet legitime citatum supra scalis Rivoalti, cujus tenor est talis: Quod iste ser Hironimus de Medio, ex eo quod, omni pietate et caritate paterna postposita atque reverentia et filiali devotione postergata, immemor animæ suæ divinorumque præceptorum; fuerit adeo crudelis et immanis quod impias et scelestes manus sanguinolentas in ipsum quondam ser Franciscum proprium patrem injecerit, quem uno vulnere letali in ventre de puncta cum uno ense percussit, ultra alios ictus eidem edmanatos, ex quo miserabiliter vitam cum morte infra biduum mutavit; quod idem ser Hironimus ex huiuscemodi delicto et casu vere et merito parricida vocandum est, sit perpetuo banditus de Venetiis et districtu ac de omnibus terris et locis Dominii nostri, tam a parte terræ quam maris, et tam de illis quæ sunt quamque in futurum favente Domino erunt, ac de omnibus navigiis armatis et disarmatis. Et si, quo tempore, contrafecerit banno et datus fuerit vivus in vires Dominii, conducatur Venetias, ubi ponatur in una platea super uno palo illi aligatus et cum ea circumducatur a Sancto Marco usque ad Sanctam Crucem, continue duobus stantibus uno pro singulo latere cum una forcipe pro uno quoque ignita in manibus, cum quibus eidem caro e dorso evellatur et laceretur, nec non uno præcono continue proclamante culpam suam. Ad quem locum Sanctæ Crucis appulsus, extractum ex palo apponatur ad caudam equi et trahatur ad locum delicti commissi, ubi manus dextera a brachio abscindatur sicque ab eo separetur; et postea reponatur ad ipsam caudam equi trahaturque in medio duarum Columnarum cum ea ad collum alligata, uno precone continue proclamante culpam suam, ubi super uno solario eminenti descopatus, et deinde dividatur in quatuor quarteria, quæ appendantur ad quatuor furcas consuetas. Et habeat, qui illum ceperit et dederit in vires Dominii nostri, libras decem mille de bonis suis, si habere poterunt, 102*
si non, ex pecuniis Dominii nostri. Qui vero illum interfecerit, tam in terris et locis Dominii nostri, tam quæ sunt, quam quæ erunt, et quam in terris et locis alienis ac in unaquaque parte orbis, facta fide legitima illum interfecisse, habeat et consequatur libras sex mille de bonis suis si haberi poterunt; si non ex pecuniis Dominii nostri, ut supra. Qui etiam ser Hironimus sit privatus et abdicatus omnibus et quibuscumque bonis paternis, quæ sibi quomodocumque et qualitercumque spectare, pertinere et pervenire possent, et omnia ejus bona si quæ bona haberent, consequerentur, vel cujuscumque conditionis existant ubique posita et situata, remaneant obligata, obnoxia et hypotechata solutioni præsentis taleæ. Insuper, nemo sit qui esse velit quod præstet, det, vel impendat in terris et locis Dominii nostri, tam quæ sunt quam quæ in futurum erunt, hospitum, alodiamentum, favorem, auxilium, commodum, receptum, cibum seu potum aliquem eidem ser Hironimo, sub